Annotatio.

1. ad Cal. ni fallor Octobris] „1534. Oct. 2. literas ab Eraſmo accepi“ *Eph.* p. 11.

2. comitum Renneburgenſium] et comitibus Renneburgenſibus *T.* Patris horum comitum mentionem facit Phil. Melanchthon in epiſtola ad Hereſbachium die tertia poſt dominicam Trinitatis (i. e. 19. Junii) anno 1527 data.

3. meae redditae] redditae (omiſſa uoce *meae*) *Str.*

4. febris ardentiſſima] „Jun. 4. coepi aegrotare ex cauſone febri ardentiſſima et continua, quae me ad dies X. ſine intermiſſione, cum maximo capitis dolore, proſtrauit; deinde ſumpta purgatiuncula coepit paulatim declinare, ita ut dies aliquot in terciana tribus hebdomadis in deuerſorio aegrotarem“ *Eph.* p. 10 et porro: „Jul. 4. Circa Nonas Julii recidi in febrem cauſonem, quae alternis diebus ſub mediam noctem me inuaſit grauiſſimis caloribus capitiſque doloribus horrendiſque uomitionibus; ſed poſt quartum paroxyſmum liberabar.“

5. deuotioribus] deuotionibus *T.* Legendum eſſe puto: . . *deuotionibus* adſcriberent, *metuentium* ne *etc.* Indicare uult Joannem Gogreuium et Joannem Flattenum ſecum coniunctos eum reformandae eccleſiae ordinem conſtituiſſe, quem Dux Joannes, comprobante Eraſmo, annis 1532 et 1533 publicauit.

6. in comitatu quodam principis] „Septbr. 10. iuimus in comitatu principis iunioris ad comitem Naſſawium ad Dillenborch. Rediimus 4. Cal. Octobr.“ *Eph.* p. 11.

7. ad *συναδέλφους πτωχοτυράννους*] alludit ad monachos fraterculos mendicantes, quos Eraſmus *πτωχοτυράννους* uocauit, ut nouo nomine aduerſarios flagellaret. Cf. *Epiſtolarum Eraſmi ed. Londin. p. 887. 973. 1027.*

8. obeſos uentres Egmundanos atque Stunicas] de Nicolao Egmondano et Jacobo Lopis Stunica, uehementiſſimis Eraſmi cauillatoribus, v. *Indicem epiſtolar. Eraſmi.*

9. *κύκνεια ᾄσματα*] Eraſmus in *Adagiis* v. *κύκνειον ᾆσμα.* „Conueniet in eos, qui ſupremo uitae tempore facunde differunt.“

10. *καλῶν γὰρ ἡ ὀπώρα καλή*] Cf. Salomonem ita dicentem: „*ἀγαθῶν γὰρ πόνων καρπὸς εὐκλεής*“ *Σοφ. Σαλ.* 3, 15.

11. *προΐαψεν*] notiſſimum hunc Iliadis uerſum (1, 3) Hereſbachius et in libro *De erud. princ. liberis* fol. 11[b] et alias citat.

12. *ἔξω βελῶν* ſpectator] ex his uerbis *C. A. Cornelius*, qui peracute tumultum Monaſterienſem ſcrutatus fontes eius indagauit, recte coniecit Hereſbachium in caſtris circa Monaſterium munitis non uerſatum fuiſſe. V. Berichte der Augenzeugen über das Münſt. Wiedertäuferreich p. LXXXVIII. n. 97, et cf. ea, quae ſupra p. 6 attulimus.

13. in ſuperiore Germania] V. C. A. Cornelii Geſch. des Münſt. Aufruhrs, libro ſecundo.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

14. capaci] Monaſterium „parochiales eccleſias habet ſex praecipue: D. Virginis, quae muris et altera parte Alphae fluuio concluditur, D. Lamberti tutelaris, D. Ludgeri et D. Martini, collegio Canonicorum celebres, D. Ægidii, quae paſtorem habet praepoſiturae titulo inſignem, D. Seruatii et D. Jacobi. Collegia habet quinque: cathedrale ſummum, ueteris eccleſiae D. Pauli, S. Mauritii extra muros, S. Ludgeri et S. Martini; coenobia religioſorum plurima, fana et ſacella non pauca“ *Meſh.* p. 140.

15. Franciſco Waldeccio] om. *Str.*

16. non inepta proponere uidebantur] anno 1532, ipſo die aſſumptionis, euangelii miniſtri Monaſterienſes Bernardus Rothman, Joannes Glandorp, Petrus Wirthem, Brixius thon Norden, Henricus Roll et Godefridus Wienhoven Stralenus *epitomen quorundam abuſuum, qui in eccleſiam irrepſerunt atque ad tempus uſurpati ſunt* (Artikell der kurtzer anweiſung etlicher mißbruch) ſenatui tribunis opificumque magiſtris obtulerunt. V. *Scrin. antiq.* 2, 418 ſeqq. et *Confeſſionis doctrinae Bernardi Rothmanni Polimiſthaei epitomen* Monaſterii ao. 1532 die XXIIIo menſis Januarii editam.

17. ueram iuſtificationis doctrinam et ſacramentorum uſum genuinum] de *fide* Rothman ita docet: „Per ſolam fidem in Chriſtum peccata gratuito a Deo condonantur. haec gratia per Euangelion manifeſtatur electis et per fidem apprehenditur. ut nihil iuſtificat niſi fides, ita nihil peccat niſi incredulitas. fides autem non quia credit ſaluificat, ſed eo quod Deus promiſit ſalutem credenti. eſt autem fides per ſpiritum ſanctum firma perſuaſio et conſtans conſcientia iuſtitiae et ſalutis. quae nullis prorſus operibus, ſed ſola miſerentis Dei gratia ex auditu uerbi Dei, paratur;“ de *ſacramentis* uero haec confitetur: „*Signa*, neque iuſtitia ſunt neque iuſtitiae fructus, ſed res quibus admonemur promiſſionis et diuinae gratiae certi reddimur. duo ſunt *ſigna noui teſtamenti*, hoc eſt promiſſae gratiae, baptiſmus et participatio menſae domini.“

18. repellant] res 10. Febr. 1534 geſta eſt.

19. epiſcopalis cohortis praefectum] droſſatum Wolbeccenſem Theodorum a Mervelt.

20. Buſchius] De Hermanno Buſchio cf. C. A. Cornelii librum: Die Münſter. Humaniſten p. 17 ſqq.

21. Coruinus] confundit Antonium Coruinum cum Theodorico Fabricio.

22. ſub initium quadrageſimae] d. Ueneris 22. Februarii.

23. culinas inſtituunt] „*συσσίτια* quatuor urbis regionibus totidemque culinis diſpoſita“ dicit infra in *Eph.* l. 60.

24. bibliothecam apud fratres] „Die Capitels kamer oben vnd vnden ſind alle fenſter benck vnd was darinnen was zerprochen, die Lyberey gar verderbt vnd alle Bücher die darauff waren verprennet, vnd die auf dem Chor waren, die nit verprennet waren, dieſelbigen alle zerſchnitten vnd zerriſſen worden . . . Vornen in dem Paradeyß inn der Kiſtenn waren Newe Bücher, die man pflag ſayl zehaben, vnnd was inn der Herren Höff für Brief vnnd Sigel, Pflichtbücher, Renntbücher, Kopeyenbücher, Bullen vnnd dergleychen, vnnd zu allem darzu ſie kommen khonten, ſeind alle von jnen verprennet . . . Was mann auff dem Rathauß vnnd auff der ſchreiberey inn kiſten finden mochte vonn briefen ſyglen, als nemlich das gros Sigel da ſanct Paulus haupt inn ſtund, iſt zerhawen, vnnd die Bücher vnd priuilegia ſind alle verprennet.“ Ex libello ao. 1535 peruulgato. Cf. *K.* p. 539.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

25. nouus magiſtratus] electus eſt d. Lunae 23. Februarii 1534.

26. uocationes a ſpiritu factas] cf. ea, quae infra ex ipſius Leydenſis ore a ſe audita Hereſbachius affert.

27. diſſentientes] diſtinctas *Str.*

28. actu] aſtu *T.* Duodecimuirorum nomina recenſet C. A. Cornelius l. c.

29. Druides] Druidibus . . Aegyptiis ac priſcis Theologis *T.*

30. donata ſunt] Anabaptiſtarum articuli a noſtro paulo liberius tranſlati in autographo ao. 1534 confecto a nobis autem deſcripto his uerbis concepti ſunt:

Artickell der widderdoeper Buntnis.

Item den Doem vnd all dat men gots dinſt noemet, moeten ſy verſaeken.

Item den Creſem vnd all dat men myt Carecteren (*character* eſt ſignum crucis; *Cochleus* uertit benedictionibus) ſegnet, als palm wigwater ꝛc.

Item den groten Got Baal aan tho ſeen, als bauen des preſters hoeuet (*Cochleus* uertit: „Magnum *Balaam* ſupra ſacerdotis manus et caput et alibi non inſpicere"; uocem melius intellexit Joa. Gropper, qui in libro de Euchariſtia (fol. ccccxlvj) ſacramentariis placere dicit: „Item das der Herr Chriſtus darin (in euchariſtia) nit ſolle angebet werden, vnd welche Chriſtum darin anbetten, vor Abgötter zu halten ſein ſölten. Nennens (welches zwar grewlich vnd erſchröcklich zu hören iſt) den Baal, das Gulden Kalb, das Perſiſch abgottiſch Fewr." Haud abſimili irriſione Frater Joannes Dauantria, Minorita, coenam dominicam, qualis ab Rothmano eiusque aſſeclis celebrabatur *caninam* uocat *coenam* (v. *Chriſtianae ueritatis telum* fol. z iiij), in hac re D. *Joa. Hoſt a Romberch* Kyrſpenſis imitator, qui proteſtantium calicem benedictum eine Hundsſopp appellare non erubuit.)

Item nummermehe myß tho hoeren.

Item de heel werlt tho verſaeken.

Item mit den Gotloeſen nicht tho handelen (*Cochleus:* cum impiis non negociari, non conuerſari, non emere, nec uendere, non ſalutare, nec honorare.)

Item den Saterßdach reckenſcap 'tdoin van oren gueberen, ind myt den Chriſtligen hroeders 'tdeilen.

Item gyner ouericheit vnderdenich 'tſyn.

Item tor wecken eins (i. e. ſemel), als nemlich des Saterßdags, dat ſe Cruitzwys vp den buck liggen, ſo heuet der wederdoeper vel vnkuiſſcher Wort an tho ſeggen.

Item dat Chriſtus de menſchliche natuyr van Marien nicht angenommen.

Item dat nummant predigen ſall openbaer vur der tyth den heiden.

Item dat de frouwe eren man, de geloeuich is, her heiten zall.

Item dat alle knechte vnd megde, die vrig ſind, nicht ſullen hilicken an de heiden vnd dat deſelven gynen heiden denen ſolt, mer (i. e. ſed) allein den gloeuigen.

Item dat gyn Chriſten regeren ſall ouer de heiden.

Item dat alle Chriſten de ampte verlaeten ſollen, de nicht redlich ſint.

Item dat ock de de redlige ampte doin, datſelue nicht noitſake is, vnd den miſbruick affbricken ſollen.

Item dat gyn Chriſten mit den Gotloſen richten ſall.

Item dat gyn Chriſten woecker off renthe nemen off geuen ſall.

Vnd ein juwelich loepe ſynen loep vnd wech vnd ſehe na nemantz vmme, dat em de doer nicht geſlotten werde.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

31. non exerceant] *T.* addit: „ab opificiis, exceptis admodum paucis, abſtineant.“

32. ſubiiciatur] haec *T.* ita mutat: „magiſtratibus ac principibus, quibus ſolis Reip. tranquillitas curae eſt, et a quibus ſuo in officio quiſque continendus erit, nulli ſubiiciantur.“

33. cingebant] „Circa eadem haec tempora Joannes Matthiſon propheta, in aedibus Knipperdollingii ſtans ſub aeneis candelabris in media domo e trabe dependentibus, quibus tres cerei ardentes erant impoſiti, circumſtantium tectos ignes prophetico ſpiritu concitat recitanſque haec geneſis uerba *Creſcite et multiplicamini et replete terram* cereos ardentes extinguit. quae tunc per noctem iſtam flagitia promiſcue ſint commiſſa, propheta in ſinu puellae ſatis declarauit. hanc rem *igneum baptiſma* appellabant.“ V. *K.* 1, 504. — *Comp.* p. 93. — Poſt uocem „cingebant“ *T.* addit: „Poſt baptiſmum relabentibus in peccatum non eſſe amplius ueniae ſpem quandam expectandam.“

34. mordicuſque teneant] Rex Sion errorem de humanitate Chriſti uti recantaret, nullo pacto induci potuit ab Antonio Coruino Joanneque Siberg, principis ſacellano, ingenue quidem confeſſus: *Si decies occidi poſſit, mortem certe decies meritum eſſe ſe;* neque tamen errorem de baptiſmo ac humanitate Chriſti reuocauit. *Coru.* fol. B iiij et C. *K.* 2, 209 ſq. Zur Literat. p. 23: „Dat wordt is vleiſch geworden, ſpreck de ſchrifft, nicht Marien ſaedt.“ Cf. ſupra p. 28.

34. epinomides] *T.* addit: „i. e. legum appendices.“

36. pſeudoprophetam] Mathiſonem.

37. uerum Chriſtianum] V. Zur Liter. p. 20. 62 ſqq.

38 equo cataphractum] Hae uiſiones in fine libri rariſſimi Monaſterii menſe Octobri 1534 editi, qui inſcribitur Eyne Reſtitution, his uerbis narrantur: „ . . Eth worth geſehen ein man mit einer gulden kronen, de hadde ein ſwerdt yn der rechten handt vnd ein roide in der anderen. Noch worth geſehen eins mans belde yn der lucht, dat hadde beide hande vul blodes, dat eth dar vth dröp. Item noch worth ein wyt perdt in der lucht geſehen, dar sick thom lateſten ein ruyter vp ſadt etc. . . . De Chriſten vp den marckede hebben geſein, ock völe anderen man vnd frouwen de sick bekerden, dat drey ſonnen tho gelick ſchennen, vnde fürige wolcken erhöuen sick vm vnd öuer de ſtadt, dat de Chriſten vp den marckte gemeindet hedden, de Domhüſer vnde vmher de hüſer in der ſtadt hedden gebrant. Do ſynt de Gotloſen erſchricket“ ꝛc. Cf. *Hamelm* Opera geneal. p. 1184. Zur Literat. p. 17.

39. properent uiri mulieres] V. Zur Literat. p. 53. Dorp. fol. D iij.

40. ad ſuos quoſque amicos] V. epiſtolas inuitatorias in J. Nieſertii libro: Beiträge zu einem Münſter. Urkundenbuche p. 245 ſqq.

41. a Dauentria] V. Jacobi Reuii *Dauentr. illuſtr.* p. 252. 253. Zur Literat. p. 49.

42. aerarius] imo faber ferrarius Oſnabrugenſis, de quo v. Zur Liter. p. 55. et ſupra p. 6.

43. fruſtulum illud] cruſtulam illam *T.* fructulum illud *Str.*

44. ἐν τῷ ἀποξεῖσθαι] ἐν τῷ ἀπόξεσθαι *T.* en too apoxelthai *Str.* p. 103.

45. corycaeis] i. e. delatoribus; „per corycaeos deferuntur“ p. 24. 46.

46. conſtitutioni Caeſareae] de anno 1529. V. *anabapti/ticum et enthuſiaſticum Pantheon* und geiſtliches Rüſt-Hauß ꝛc. p. 6 ſqq.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

47. tollantur] tollerentur *Str.*

48. lagunculam] Rothman enim baptizatis ex lignea lagena toxicum bibendum praebuiſſe itaque in furorem eos adegiſſe dicebatur. *K.* p. 481. *Comp.* p. 85. Hanc uero famam falſam fuiſſe Joannis Leydenſis uerbis conſtat, qui 25. Julii 1535 coram iudice inquiſitus haec depoſuit: „[he] wete van ghenen vergift, ſo uit der fleſſen ader ſus anders durch Stutenbernt geſchiet ſin ſal." Augenz. p. 375.

49. nec aue ei dixeris] „*εἴ τις . . ταύτην τὴν διδαχὴν οὐ φέρει, . . . καὶ χαίρειν αὐτῷ μὴ λέγετε*" 2. Joh. v. 10.

50. circa feſtum Paſchae] 28. Februarii.

51. circumſcripta] circumſepta *Str.*

52. nonnullis in exercitu *φιλέχθρως*] „Oppidani emiſſis iterum ſcriptis tantum efficiunt, ut multorum militum in caſtris Miſnenſibus fauorem ſibi comparantes in ſuam eos ſententiam protrahant, ut nefas putarent aduerſus Chriſtianos et Dei dilectos Euangelicos arma mouere; quorum etiam dux Albertus Peltz ſaepe colloquia cum hoſte mouere et colludere ſolebat, proinde magna Miſnenſium turba deſertis caſtris noctu clanculum ab urbe ſuccedit." *Comp.* p. 120. *K.* 2, 36.

53. eademque hieme] rem et diem Hereſbachius ipſe indicat in *Ephem.* 27. Octobris. Dux Saxoniae Elector cum comitatu et Dux Brunſuigenſis alii Duſſeldorpium uenerunt 8 dies ibi ſubſiſtentes, inde 4. Nouembris ad conuentum principum Eſſendiae habendum ſe contulerunt Archiepiſcopus Colonienſis, Dux Saxoniae, Dux Brunſuigenſis, Dux Juliacenſis ſenior et iunior, una cum epiſcopo Monaſterienſi. *K.* 2, 75.

54. propediem] haec igitur ante menſem Junii anni 1535 ſcripta ſunt.

55. circa Calend. Octob.] Hereſbachius hic cum aliis ſcriptoribus non conuenit. Poſt feſtum enim S. Jacobi, quod 25. Julii celebratur, nouus in urbe Monaſterienſi extitit propheta, nomine Joannes Duſentſchuer, aurifaber Warendorpienſis, qui in frequenti populi concione patrem coelitus ſibi reuelaſſe atque praecepiſſe clamabat, ut omnibus publicaret Joannem Bockelſonem prophetam urbe et orbe potiturum; deinde regi iamiam deſignato gladium iuſtitiae tradit ſimulque poteſtatem ſubiiciendarum omnium terrae gentium. quo facto regem nouae Sionis populique Dei renunciat. Cf. *K.* 2, 47. *Comp.* p. 124. ipſiusque Leydenſis confeſſionem, Augenz. p. 372. *Hamelm.* p. 1236.

56. mutuum muli ſcabentes] „*Mutuum muli ſcabunt*" (Auſon. Edyll. 12. in praef.) prouerbium de iis, qui ſe mutuo laudant.

57. qui in regem eueheretur] Joannes Leydenſis quidem ante Cal. Auguſti rex declaratus eſt; Hereſbachius autem non illam regis appellationem a propheta publice factam ſpectaſſe uidetur, ſed edicta ipſius circa Cal. Octobr. primum propoſita.

58. concubinae non minus quindecim] imo ſedecim, cum Knipperdollingii ancillam primam ſibi, ut ipſe confitetur, uxorem fecerit et poſt feſtum Jacobi demum Joannis Matthiſonis uiduam Diuaram reginam ſibi adiunxerit (v. Augenz. p. 571.) „Fuit autem Diuara, mediocri quidem ſtatura et obeſula uenuſti tamen oris mulier heroicam quandam grauitatem prae ſe ferens, regina primaria. Harum ſedecim concubinarum duae tantum, nempe Diuara et Margareta Moderſon, foemineas regi ſoboles peperere, quarum alteram die ſolis natam a litera huius diei A Averall i. e. ſupra omnia, alteram die lunae

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

editam a litera diei B *Blidam* ſeu Gaudentiam appellauit" (*K.* 2, 59. *Comp.* p. 130 ſq.) Diuara 7. Julii 1535 Monaſterii decollata eſt. *K.* 2, 197.

59. dum ad principem meum captiuus deduceretur] menſe Auguſto uel Septembri anni 1535, quo tempore Hereſbachius cum aula in arce Sparenberg prope Bileueldiam uerſabatur. Nam poſt captam urbem rex Sioniticus huc atque illuc ductus eſt, ut principibus uicinis ſpectaculum exhiberet. *Coru.* fol. B². *Meſh.* p. 207. et ſupra p. 7.

60. Krechtingii] *Henrici* Krechtingii Scoppingenſis, quem poſtea Leydenſis cancellarium regni fecit, *Bernardi* paſtoris Gildehueſani, mox regis locum tenentis, frater.

61. ſomniabat] ſolebat *Str.*

62. ſi fortuna uelit etc.] eſt uerſus *Juuenalis* Sat. VII, 195 paullo mutatus.

63. indicit] per prophetam Duſentſchuer, ad diem 12. Octobris, quae erat dies Martis poſt Gereonis.

64. ut a captiuis ac profugis cognitum] V. confeſſiones Henrici Graes proditoris et Joannis Beckeman, quarum tenor hic eſt:

Henricus Graeß (al. man. is vth der Stadt Borcken jm ſtifft Munſter bordig. de to Oſenbruge nach den anderen predicantē geſencklich genōmen vnd vmb zin gegeuen kuntſcap by dem leuen gelaten. is weder in de ſtadt to trecken geſtadet. vnd vom koninge vort to einē propheten gemaickt. vnd wedder vth der ſtadt gefallen. derſelue bekent dat.)

Des Dinxdages na Gereonis zynth xlij^c mans vnd frouwen vp dem domhoue to dyſſche tom̄ auentmaill verordent ton allenn deilen manbar, dairtho de konnynck gekōmen mit xxxj. reiſigenn perden. iiij. drauanten mit ſammat gekleidet vnnd gulden ſtucken, de konnynck mit einem ſwarten paltzrock, dairauer ein ſilueren ſtuck, dapperer guldenn kronenn, einem groten ornament, (al. m. am halſe) mit einer gulden werlt, dair durch twe ſwerde, de vinger vull ringe, jn zinen (al. man. vullen) harnſch affgeſetten, vnnd alſo na geholdenn ettenn de kokenn vnnd wyn vmbgedeilt (al. m. ad. marg. vnd geſacht Nēmet vn̄ ettet vnd verkundigt den doit des hern. darna nam der koninck dat ſemptlige volck vnd ſtalt enn vor off ſe vmb Chryſtus lyden wolden ſteruen. ſpraken ſe ia ſemptlich folgents) de propheet Johann Duſentſchuir vp den ſtoell geſtegenn vnnd geſprockenn tho den jennen ſo by namen vthgeteikent vnnd verſanth worden: Gaith yn de ſtadt vnnd verkundiget dat gotlich wort (al. m. ad. marg. dar na de koninck widder vp den ſtoel getredden ſpract do to den gemein̄ broderen: Sehet, broder, ſinth gy abgeſchickt off wj tegen de viande vth thein mochten. ſpraken ſe alle ia.) folgents de konnynck gereddet tho den Ambaſiaten: Gaith gy hen vnnd beredet vnns de ſtede, Wy willen juw bynnen kortz folgenn, ſo willen wy de gantze werlt jnnemen, beſlutende de andacht vnd meynong des konynges, vnd der bynnen Munſter, mit den ſo vth Gronnyger Oeſt vnnd Weſtfrießlandenn kommen ſoldenn, de werlt genßlich vnder ſynn herſchapie to brengenn, vnnd wath zick na erm gelouen nicht richten wolde to erworgenn.

Item hefft de konnynck geſacht, alle furſtenn herrn junckeren droſten amptlude vnnd alle ouwricheit jn ſulchenn toge tho verdilgenn vnd vmbtobringenn.

Item eth mach ein Jeder na ſynem gefallen drey veir vyff vj vnnd meher wyue nemen.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Dyt nabeschreuen hefft de geschicktste vnnd myns bedunckens de gelerdeste bauen de vorgestalte artickeln bekant vnd myt syner hant vpgeschreuē, genomet Johannes Beckeman.

Item de gantze gemeynheit to Munster hefft ein auentmaell des heren geholden vp den domhaue, yn welcken de konnynck dat broyt vnd de konnyngynne den wyn hebben vthgedelet, darna am seluen auende is Johan Dusentschuer, eyn goltsmyt van Warendorp, heruor dat gantze volck getreden vnd gesacht als eyn wort des heren, de personen he vplesen worde, weren em van godt angetekent, dat se solden gaen yn de veer stedde vnd predigen dat Euangelium van dem ryke godts, vnd eyn haer solde enn nicht van dem houede genōmen werden, vnd so dat nicht so gades ernstlick beuell wer dat enn dan Godt van stundt an jnt affgrunt der helle verstotte, dat heb wy vnwysen semptlich als gehorsame deyners gelofft, auers de konnynck wort gantz blyde vnd sprack, Ick hebbe hyr gyn getuchnisse van godt van, dan ick weth auerst, jdt moeth also syn, dat geystlike swert moyth voer gaen vnd dat werltlike nafolgen. darup byn ick vthgegaen vnd touorn oick nicht daruan gewetten.

65. *αὐτοχειρί*] *αὐτοχειρίᾳ T. Str.*

66. opera] hac prouincia ad tyrannidem proludere opera *T.*

67. bombarda traiiciebat] „omnes, quotquot nefariis eius uel consiliis uel coeptis reclamare ausi sunt, necari iussit. cuius rei testis adhuc est arbor tilia, haud ita procul a Canonicorum ecclesia, ad quam deligati ac aeneis tormentis transfixi sunt“ *Coruin.* fol. A iiij.

68. unam] „Elisabetham Wandscherers 12. Junii 1535 in forum protractam, in conspectu omnis populi omniumque pellicum, regia manu obtruncat: rex pedibus cadauer conculcat, pellices hymnum *gloria in excelsis* cantillant; deinde publicis choreis cum rege indulgent“ *K.* 2, 177. *Comp.* p. 172. Rem Coruinus quoque narrat, ad Heresbachii uerba proxime accedens: „unam ex iis (reginis),“ inquit, „suapte manu, utpote earum rerum quae ibi gerebantur contemptricem, interfecit, idque in reginae palatio, fortassis ut caeteris timor incuteretur. quod facinus quum ego illi post perinde atque barbarum ac Scythicum obiicerem, respondit, se, quicquid huius fecerit, iubente atque imperante propheta fecisse.“

69. me auscultante] v. superius p. 7 et in annot. 59. relata.

70. deliguntur XXVIII. ueluti apostoli] XXIIII *T.* XXVIII *Str.* XXVII *K.*, quorum VIII. Susatum uersus Austrum e porta Seruatiana emissi sunt, Osnabrugum ad Septentrionem e porta Horstana VI., Coesfeldiam ad occasum e porta Mauritiana VIII., Warendorpium ad ortum e porta Mauritiana VI. Nomina eorum recensent *Henr. Dorpius* fol. F iij. *K.* 2, 89 sq. *Str.* p. 146 alii. Apostoli ex urbe egressi uxores suas numero 124 reliquerunt.

71. octo Susatum missi] fuerunt hi: Joannes Dusentschuir propheta, Herman Kerkerinck, Joannes Butendyck, Joachim Vreise, Hinrich Maren, Hinrich Schlachtschaep, Laurent Visscher et Bernt Weuer; de quibus v. Corn. Aufr. 1, 271 sq.

72. ut nullus elaberetur] excepto Henrico Graes ludimagistro, qui proditione uitam redemit. Praeterea Joannes Klopris, Bottrupii prope Welmen natus, Budrici quondam pastor, qui anno 1528 „super relapsu in haeresin semel abiuratam“ i. e. propter Lutheri doctrinam praedicatam Coloniae in uincula coniectus perrupto carcere Monasterium profugerat, non Warendorpii,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ubi una cum ſociis ſuis apoſtolis captus eſt, ſed, quia archiepiſcopi Colonienſis imperio ſubiectus erat, huic permiſſus, 1. Febr. 1535 Brulae capitis condemnatus et combuſtus eſt. *K.* 2, 96. *Comp.* p. 145.

73. Pithoegia] Pithaegia *T.* male. *Πιθοίγια, τὰ,* doliorum apertiones, feſtum erat Bacchicum apud Graecos, quale eſt quod in honorem S. Martini agitatur. Dicitur autem *Πιθοιγία* ſing. num. fem. gen. (Vinalia, Gl.) et *Πιθοίγια* pluraliter et neutraliter. „*Ἡ δὲ πιθοιγία κοινὸν ἦν συμπόσιον, ἀνοίξαντές τε τοὺς πίθους πᾶσι μετεδίδουν τοῦ Διονυσίου δωρήματος*“ inquit Proclus, exponens Heſiodi uerſus in *Πίθος* citandos. V. *Henr. Stephani* theſ. ling. gr. ſ. v. In nonnullis Germaniae regionibus uinum ante feſtum S. Martini uenum dari lege uetitum erat; neque tamen ſine ulla exceptione. Ita enim, ut exemplum afferam, in actis magiſtratus Weſalienſis (anno 1534 die Martis poſt Seuerini) legitur: „Item is vorgunt den wynwerden, vp oir flitich beger, dat ſy nu jn anmerckunge diß froen jairs die deelwyne vur Martini kellern moigen, doch wil men damit die alde gewoenheit nyet geſweckt noch der affgebroicken hebben, die Noerer auerſt ſollen vur Martini nyet jn die keller gedain werden“; et denuo (die Martis poſt omnium ſanctorum): „Item die deelwyne ſind gekoirt vp xxxiij hell., jnd die Noerer jnnd Rynkouwer vp xxx hell.“ Et Sebaſtianus Frank in coſmographia (Weltbuch) haec tradit: „St. Martins- und St. Niklaus-Feſt celebriert dieſes volk wundernerlich, doch vnterſchidlich, St. Martin im hauß ob tiſch, St. Niklas in der kirchen. Erſtlich loben ſy St. Martin mit guotem wein, geußen bis ſy voll werden. Unſelig iſt das hauß, das nit auf deß nacht ein gans zuo eſſen hot, da zapfen ſie gar neuen wein an, den ſy bisher behalten haben.“

74. Domini ſeruatoris] Dei propitii ſeruatoris *T.*

75. male mulctati ſunt] de coniuratione opificum Colonienſium contra magiſtratus praeter Hereſbachium harum rerum ſcriptores nihil prodiderunt; ſed anabaptiſtas nonnullos, inter quos Reichart van Reichrodt, Godhart Glaſzwerder et Joannes Mey nominantur, menſe Nouembri Coloniae combuſtos fuiſſe actis publicis conſtat.

76. radicitus exſtirpare] v. libellum anabaptiſtarum qui inſcribitur „das Büchlein von der Rache (de Wrake).“ Zur Literat. p. 66—80.

77. cataſtrophen] hoc loco altera ſcripti Hereſbachiani pars incipit, ex epiſtola eius ſecunda uel tertia de hac tragoedia ad Eraſmum repetita, quam, ut a lectore cum hac recenſione comparari poſſit, in auctario primum typis expreſſimus.

78. ne populus uſquam [in] conuenticula coire] conuenticulis coire *T.* coire in unum *Ep.* l. 64. conuenticula coire *Str.* p. 151, quod dictum eſt ut *ſocietatem coire.*

79. in regno ſuo] in microcoſmo illo ditiones deſignauit *Ep.* l. 70. 71. De re cf. *K.* 2, 140 ſqq. *Comp.* p. 160 ſq.

80. membranas aqua maceratas] „Vidi ipſe multos ibi libros, quorum detracta coria uictum miſeris ſuppeditarant. Et eo inediae poſtea uentum eſt, ut nullum corii genus tam fuerit durum quod non eſculentum illis factum ſit. Imo ſcio pueros quoque comeſos ibi eſſe, id quod ab iis auditum mihi eſt qui in reliquias quaſdam, capta urbe, eius rei teſtes inciderunt“ *Coru.* fol. B. Plenam et accuratam huius miſeriae deſcriptionem uide apud *Kerſſenbroick* 2, 157 ſqq.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

81. in nobilium quorundam aedibus mihi probe notis] in nobilium quarundam foeminarum probe mihi notarum *Ep.* l. 78. 79. Cum Hereſbachius a 14. aetatis anno ad 16. uſque ſcholam Monaſterii frequentauerit, fieri non potuit quin multi ei ciues noti eſſent.

82. quid — horrendum] hanc quaeſtionem Hereſbachius in recognitione epiſtolae addidit.

83. interim — rex] haec quoque uerba in *Ep.* non leguntur.

84. λιμῷ θανέειν οἴκτιστον] „λιμῷ δ' οἴκτιστον θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν" *Od.* μ, 341.

85. ſemimortua buſta] ſemimortuos *Ep.* l. 99. „ſpectris hos et ſimulacris mortuorum ſimiliores eſſe dixeris quam hominibus" *Comp.* p. 168.

86. obſidentiumque caſtra] noſtrorumque caſtra *Ep.* l. 101, ubi et quae hîc ſequuntur aliter tamen expreſſa ſunt.

87. ad pentecoſten] i. e. a 28. die Martis ad 16. Maii uſque.

88. crebriſque — ſuſtulerunt] neque haec nec ea, quae de Judith illa Monaſterienſi narrantur, in *Ep.* offenduntur.

89. Judith] „Die frauwe, die uth Munſter in das leger qwam, umb den biſchof zu doeden, heiſſchet Hille Feichen, und was uß Weſtfrieslant. Und ſie bat ſelbs Johan Mathis anbracht, die Vader het er in iren ſin geſant, das ſie doen ſolt als Judith. So haven ſie die frauw hin laſſen gaen, und Knipperdollingk gab ir mit xij gulden und ij gulden ringe. Sie en hait nit geſacht, wie ſie es zu weghe brengen wold, dan geſacht, Got der Her ſolt es uf die hant wircken." E Confeſſione Bernardi Knipperd. Augenz. p. 404. Hilla, filia Feichen, nata Werdi inter Lewardiam et Snekam, 16. Junii 1534 ex urbe egreſſa, ut epiſcopum ueneno necaret, a militibus ſtatim capta, Telgetum ad ſatrapam Wolbecanum ducta et biduo poſt ab Hermanno Ramers, qui eo conſilio urbe deceſſerat, prodita eſt, poſtea uero Beuergernae ſupplicio affecta.

90. fame apud obſeſſos ingruente noſtraque decreſcente] fame atrocius impendente numeroque militum decreſcente *Ep.* l. 112.

91. circa Octauam Pentecoſtes duo pedites urbem egreſſi] octaua Pentecoſtes nocte duo pedites ex urbe elapſi *Ep.* 144 ſq. Octaua Pentecoſtes i. e. 23. Maii Hensken von der Langerſtraten una cum Henrico Greſzbeck commilitone ex urbe aufugit. Horum conſilio ductus Wiricus Comes ab Oberſtein, ſummus expeditionis imperator, Monaſterium cepit. Ex huius literis ad Ducem Cliuenſem datis Hereſbachius narrationem de Monaſterii excidio excripſit, quod comparatione facta patebit. Wiricus rem his uerbis exponit (cf. *K.* 2, 181 ſqq. Augenz. p. 358 ſqq.):

Durchluchtiger, Wie e f g mir g haben doin ſchrieben, das Wilhelm Hanich e f g diener die eroberung der ſtadt Munſter zu erkennen geben, vnd das e f g noch nit bericht, wie ſich die ſachen mit allen anſlegen und umbſtenden zugetragen, ouch die ſach nu geſtalt, haben ich alles erhalten, vnderdinlich verleſen, vnd ſenden v f g hieby ungeverlich wie ſich die hantlung begeben. . . . . .

Item vf den ſondag nach pfingſten in der nacht ſein zween knecht uß Munſter geſallen, der ein Henſſgen von der Langerſtraſſen, der ander Heinrich Greßbeck genant. Henſſgen von der Langerſtraſſen iſt durch die wacht hin weg kommen, aber Heinrich Greßbeck iſt geſangen vnd mir bracht worden. Alſo iſt Henſſgen obg. auch vf geleid ankomen. So haben die zween obg. den anſchlag gemacht, wie folgt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Item man hat durch die vurg. gefangen knecht erfaren, das die graben an der kreutzportzen nit weiter dan eins knechtſpies lang vnd vngeuerlich vier ſuß. Alſo iſt ein pruck gemacht worden. die haben wir an ſant Johans tag den abent in der nacht an den graben bracht, darnach ein ſeil an die brucken gebunden, vnd als dan hat vorg. Greßbeck vmb ſein leib gebunden, vnd vber den graben geſchwommen. Alſo hat man die pruck heimlich in den graben gelaſſen, die der mergemelt Greßbeck mit dem ſeil vbergetzogen vnd gemacht.

Item zum anderen ſein geordnet xxxv knecht, ſein glucklichen vnd heimlich vber die bruck gekomen. Nu iſt ein ſtancket vf dem graben geſtanden, wilchs gangen iſt biß an das ander rondeel. Alſo ſein dieſelbigen knecht zwiſchen den rondel vnd dem ſtancket ein teil durchkomen, das ander teil mit eim kleinem leitter vberkomen, vnd den wal vfklommen. Da iſt noch ein ſtancket vf dem wal geſtanden, da ſelbſt ſein etlich planken uß geweſt. Da ſein ſie durch gangen vnd von dem wal vf das rondel komen vnd alsbald die wacht erſtochen.

Item vf die vorgeſchreven knecht ſein vmbtrint anderthalb oder zweihondert vngeferlich auch vber die brucken gelauffen. Da iſt die bruck gebrochen. Des ſein etlich vberkomen, die anderen ſein durch den graben gefallen vnd geſchwummen. Darvf hat der hauf gedruckt vnd mit leiteren an das rondel gefallen. Da ſein die leiteren auch zum deil gebrochen, idoch vil knecht [vber das] rondel komen vnd zu dem portgen zu[gefallen], vnd folgents ungeferlich an die vunf oder [ſechs]hondert knecht in die ſtat komen, ſein [vort]getzogen und niemantz die porten in haben laſſen. Des ſein dere van der ſtat gar we[nig] an die port komen vnd die zugeſchlagen, alſo das der hauf nit hat mugen in die ſtat komen. Vnd hat der handel vngeferlich biß gegen morgen vmb die vj vren gewert. Alda iſt die Judenfelder port geoffent worden. Da iſt erſt der gantz hauf hinein komen. Alſo ſein noch der in der ſtat by dry oder vier hondert vf dem marg geſtanden, vnd die wagenburg vor die gaſſen getzogen, auch die ketten vor der ſtraßen in geſchloſſen. Die ſein begnadet worden. Vnd alſo iſt die ſtat ingenommen. Es ſein aber denſelbigen tag die nacht vnd den anderen tag dere in der ſtat vil in huſeren vnd kelneren gefunden, die al von den knechten zu tod geſlagen.

92. captiuus qui indicarat] Henricus Greſzbeck, de quo cf. C. A. Cornelii iudicium. Augenz. p. LXIII—LXXXIII.

93. uerum nimium ſucceſſu geſtientes] ſed iam ingreſſi nimium uictoria geſtientes *Ep.* l. 146.

94. ita ut reliquus exercitus excluderetur] ita ut exercitus maneret excluſus. haec ferme circa primam noctis horam geſta ſunt. iamque noſtri eos qui intromiſſi fuerant uniuerſos propter paucitatem perditos occidi rebantur, cum illi interim per urbem caedibus graſſerentur fortiter etc. *Ep.* l. 148 ſqq.

95. noſter — traditos] haec in *Ep.* deſunt. Quae ſequuntur uſque ad *praebuiſſent* aliter in *Ep.* ac in hac noſtra hiſtoria leguntur.

96. cum contra noſtri — expectatum] cum contra noſtri anabaptiſtas cogerent canere *ἰοὺ, ἰού.* in ea rerum deſperatione noſter pro porta excluſus exercitus uſque ad horam ſextam matutinam triſtis ſubſtiterat *Ep.* l. 159 ſqq.

97. iuxta propugnacula oſtentantur] iuxta prop. uentilantia mouitantur moxque porta quam uocant *Jodefeltz* aperitur *Ep.* l. 164 ſqq.

98. propugnaculo quod fit currubus] propugnaculo quod *Wagenburg* appellant circumſeptos offendunt *Ep.* l. 168 ſq.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

99. occiſi ſunt — trucidant] milites dein per domos graſſari, alios trucidare, alios e feneſtris praecipitare. iſque labor etc. *Ep.* l. 172 ſqq.

100. iuuenis — corpore] iuuenis iam prima lanugine barbeſcens, ſtatura mediocri *Ep.* l. 175 ſq.

101. *τὸ εἶδος ἄξιος τυραννίδος*] haec Porphyrii uerba Hereſbachius etiam in libro *de educandis erudiendisque principum liberis* bis allegauit: fol. 60. (ed. 1570): „Primum, inquit Porphyrius, ſpecies digna *πρῶτον εἶδος ἄξιον τυραννίδος*," ad marginem adiiciens *Porph. περὶ εἴδους*. Iterum fol. 71b: „Et primum," dicit, „ſpecies digna iudicata imperio, *πρῶτον εἶδος ἄξιον τυραννίδος*. quod et Porphyrius *περὶ εἴδους* et Nazianzenus de Jouiniano in caſtris electo ſcribit uſurpatum." In ſcholiis in Ariſtotelem a Chr. Aug. Brandis collectis (Berol. 1836), *κατηγορ. Πορφυρ. εἰσαγωγή*, col. 2, locus integer his concipitur: „*τὸ δὲ εἶδος λέγεται μὲν καὶ ἐπὶ τῆς ἑκάστου μορφῆς, καθὸ εἴρηται πρῶτον μὲν εἶδος ἄξιον τυραννίδος*."

102. circiter XV.] circiter XVIII. *T.* uxores quas habuit XVIII. captae aliquot. *περὶ μὲν τῆς πολυγυναικείας* ſuperioribus literis ſignificaui *Ep.* l. 178 ſqq.

103. idem de Bernardo Rotmanno eccleſiaſte contigit] idem de Bernardo Rotman concionatore *καὶ δαδούχῳ* contigit, qui tum comitante uxore una tum inter cadauera tum in latebris omnibus quaeſitus nuſquam apparuit *Ep.* l. 180 ſqq.

104. nuſquam repertus eſt] eum euaſiſſe coniectura ſuſpicari poſſis, quae comprobatur eo quod ao. 1535 die 4. Maii (vpn Dinxdag neſt den ſondage vocem jocunditatis) Joannes Cleuorn anabaptiſta Monaſterienſis coram iudice inquiſitus teſtatus ſit: „Her berndt is geſchotten jn dath been. Duſſes ſeluigen frouwe ſolde em volgen na ſanct Mauritz vth." V. confeſſionem J. Cleuorn in Actis Anabapt. Monaſt. Errant igitur, ut uidetur, Kerſſenbroick (2, 189) et Henricus Dorp (fol. G iiij), qui contendunt, Rothmanum telis hoſtium primo impetu irruentium ſe obieciſſe mortemque petiiſſe.

105. prae ſe ferens] addit *Ep.* l. 185 ſqq.: „hi imperii illius fuere triumuiri ac totius tragoediae coryphaei, tametſi regem ferunt ſub urbis excidium de regia dignitate in alium, qui et ipſe captus occiſuſque eſt, tranſferenda," et quae ſequuntur.

106. Krechtingius] puta Bernardum Krechting regis locum tenentem *Ep.* l. 189.

107. ſeruati] ſeruantur *Ep.* l. 190. Omnia, quae h. l. de inquiſitione et ſupplicio trium illorum ſeditionis auctorum narrantur, Hereſbachius in retractatione epiſtolae adiecit. Cf. notam 34.

108. ſexui parcebatur — ſaeuire] haec quoque Hereſbachius in hac recognitione aliis uerbis expreſſit quam in epiſtola.

109. incolae — proſcripta] haec in *Ep.* deſunt.

110. anabaptiſtae] *Ep.* l. 198 ſqq.: „anababtiſtae nondum ſatis ſeſquiennali obſidione fatigati."

111. diuinitus ſuppeditata] haec in *Ep.* deſunt.

112. locaque uacua] locaque uacua, quae omnia fabis oleribuſque conſeuerant etc. *Ep.* l. 203 ſq., q. v.

113. atque — fuiſſent] in *Ep.* hic locus deeſt.

114. plura — repellat] cf. *Ep.* l. 212 ſqq. eadem fere ſed aliis uerbis exprimentem.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

115. iam tandem propenſiores uidentur] in hoc toti ſunt *Ep.* l. 219.

116. impoſturis ac ſomniis *ψευδεκκλησιαστικῶν*] cf. *Ep.* l. 24: ſeditioſorum quorundam literatorum atque *ψευδεκκλησιαστικῶν* importunitate.

117. repullulare queant] addit *Ep.* l. 221. ſq.: tu poſſes tua prudentia plurimum in hac re, ſi admoliri manus uelis.

118. apud Homerum] *Odyſſ.* 1, 33. 34. V. *Ep.* l. 28 et 29.

119. horum malorum cauſam — rapi] cf. cum his ea quae, eandem fere in ſententiam, in *Ep.* l. 29 ſqq. dicuntur.

120. *τῷ ψεύδει*] 2. Theſſalon. 2, 10. 11.

121. *τῆς παρουσίας αὐτοῦ*] 2. Theſſalon. 2, 8.

122. *καταλυθήσεται*] *ἐὰν ᾖ ἐξ ἀνθρώπων ἡ βουλὴ αὕτη ἢ τὸ ἔργον τοῦτο, καταλυθήσεται* Act. 5, 38.

123. de Viglio Zuichemo] de hoc cf. Melchiorem Adamum in uitis Germaniae iure conſultorum et politicorum (Haidelbergae 1620. p. 225—236). Omnia haec et quae ſequuntur ex ea Hereſbachii epiſtola, quam menſe Aprili 1534 Eraſmo ſcripſerat, repetita ſunt, unde patet, C. A. Cornelium (Augenz. p. LXXXVII, n. 93) de auctore hiſtoriae anabaptiſticae non recte iudicaſſe. Viglius Zuichemus enim, quum Hereſbachius haec de eo ſcriberet, munus officialis epiſcopi Monaſterienſis iam ingreſſus erat, quo Cal. Mart. M. D. XXXV. adhuc fungebatur, ut ex epiſtola eius ad Auſonium ab Hoxuier data (v. collectionem epiſtolarum illuſtrium et clarorum uirorum, quam Simon Abbes Gabbema M. DC. LXIX edidit, p. 530 ſqq.) perſpicitur. Calendis Jul. eius quem diximus anni Viglius, iamiam aſſeſſor in iudicio Camerae Imperialis factus, e Spirâ ad Matthiam Held epiſtolam dedit, cum Eraſmo Roterodamo uero de rebus anabaptiſtarum ſciſcitante *pridie Paſchae* 1536 i. e. 15. Aprilis haec communicauit: „Cum nihil eſſet quod ad te ſcribam praeter uulgaria, fragmentum ad te mitto alienae epiſtolae, qua amicus quidam e Monaſterio tragicum regni exitium ad me perſcripſit. Cum autem antea de eius geſtis multa tibi ſignificauerim, extremum quoque hunc actum minime celare potui. Hollandia adhuc eo malo grauiter uexatur, nec quotidiana ſupplicia miſeram et ignaram plebem quicquam commouent.“ E Colonia quoque Eraſmus, hiſtoriam anabaptiſtarum compoſiturus, materiem ſibi ſcribendi accerſiuit. Ita enim Udalricus Zaſius ex Friburgo III. Cal. Febr. anno M. D. XXV. Bonifacio Amorbachio Baſileenſi ſcribit: „Domino Eraſmo nouitates Colonia miſſae ſunt in negotio anabaptiſtarum Monaſterienſium, de quibus horrenda et mirabilia inferuntur. Si tibi animus ſit ea cognoſcendi, admone dominum Eraſmum, ut tibi mittat.“ Cf. ſupra p. 7.

124. tranquillitati] hanc tranquillitatem diu quidem exoptatam ultimis demum uitae annis in Lorinſulano ſuo inuenit.

125. *συμπιλότερον*] proprie magis ſtipatum, arctiorem; ſed adiectiuum *σύμπιλος* apud ueteres non legitur.

126 anno 1536.] ita recte *Str.* p. 177; *T.* contra male 1535; anno enim 1536 literas ſuas de rebus Monaſterienſium ad Eraſmum datas in unam coniungens epiſtolam Hereſbachius multa inſeruit quae ad hunc ipſum annum pertinebant, numerumque anni mutauit, uti par erat Inde fit, ut concluſio hiſtoriae anabaptiſticae concluſioni epiſtolae 28. Julii 1535 (cf. *Ep.* 225 ſqq.), ſi rem ipſam ſpectes, non ſi uerba, reſpondeat.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf